ribus, actionibus, conditionibus populorum, Regum, cæterarū nationum; Orat. pro Luc. Corn. Balbo c. 15. add. Henniges. ad Grot. p. r. seq., VIII.) *Debent omnino, quæ ex* constituto *veniunt à naturalibus rectè separari. Rationem vidit* ὁ Πάνυ, *Proleg. §. 30.* IX.) *Expositio Legum forensium adhuc desideratur, quæ magnum ex his literis capiet adjumentum. Addatur denno D. Hert. de Jurisprud. Univ. Sect. I. §. XXIV. seqq.*

Unde hauriendaPhilosophiæ cognitio?

e) *Ita Philosophiæ hominisque naturam, non ex aliorum opinione, sed ex sollicita ipsius hominis consideratione investigamus.*

§. II.

Contemplatio per universam, qua patet, Philosophiam (a) *Objective* diffunditur; Ad intentionem verò actiones præcipue voluntatis, adpellatæ κατ' ἐξοχήν humanæ, referuntur; Quùm autem non alibi prius, quam in Ipso Homine per Naturam decisa illarum natura sit: igitur opus est, ut quæ Sapientissimus Conditor menti nostræ clarissimis characteribus inscripsit Moralis Rectitudinis principia, è nobis ipsis velut eruamus, ex iisque, tanquam primis causis, (b) peculiare hoc, rebusque mortalium utilissimum Philosophiæ genus de Actionibus Humanis constituamus.

(a) *non damnat Apostolus Philosophiam, sed per figuram* ἐν Δι᾽ δυοῖν *exaudiendus est, q. d.* Δι᾽ κενῆς ἀπάτης, τῆς Δι᾽ Φιλοσοφίας, *ne vos decipiat per inanem deceptionem, quæ fit per philosophiam. Col. II, 8 quæ elegans h. l. Grotii expositio est. Cæterum in Sacris quoque, ut Daniel. I, 4. tres cognitionis modi vel gradus indigetantur.* 1) חָכְמָה 2) דַּעַת 3) מַדָּע *ubi per primum, sunt, qui intelligant Legem Mosaicam, aut Theologiam Philosophiamque theoreticam universam: per* דַּעַת, *sive prudentiam, philosophiam de moribus, re familiari ac civili, qualia multa apud Solomonem: per* מַדָּע *sive disciplinam, artes metiendi, numerandi & historiæ cognitionem.*

qui modi cognitionis apud Hebræos?

b) Rob. Schattok. *de Off. S. J. N. c. II. n. 1, 79 & Grot. de J. B. & P. in Proleg. è veteribus inprimis* Musonius *ap. Stobæum, Serm. 114, ubi probat uniuscujusque naturam unumquodque ad suam virtutem docere.*

§. III.